Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

me. et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.
Tu autem vade et annuncia regnum dei. Et alter ait
Sequar te domine sed primum permitte me renunciare his
qui domi sunt. Ait autem ad illum ihs. Nemo mittens
manum ad aratrum et respiciens retro aptus est regno dei.
Nilla
dicam sero factum est ait discipulis suis. Transeamus
contra. Et dimittentes turbas assumunt eum ita ut
erat. et ipse ascendit in navicula. et alie naves
erant cum illo. Et ascendente eo in navicula secuti
sunt eum discipuli eius. Et ait ad illos. Transeamus in stagnum
Et ascenderunt. Navigantibus autem illis obdormiuit
Et ecce motus magnus factus est in mari.
Et ascendit procella venti magna in stagnum. et
fluctus mittebat in navim. ita ut navicula operiretur
fluctibus. Et ipse erat in puppi super cervical
dormiens. Et accesserunt ad eum discipuli eius. et suscitaverunt eum dicentes magr. non ad te pertinet quod perimus.
Domine preceptor salua nos perimus. Tunc surgens
increpauit venti et mari. Et continuatus est ventus.
Increpauit ventum et tempestate aquarum. et dixit
mari. Tace obmutesce. Et cessauit ventus. et
facta est tranquillitas magna. Dixit autem eis. Ubi est
fides vestra. Quid timidi estis modice fidei.
Nec dum habetis fidem. Porro homines mirati sunt.
et timuerunt timore magno. et dicebant ad alterutrum. Quis putas est iste. Qualis est hic quia ventis
et mari imperat et obediunt ei.